Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



gregationem ⁊ quintae sabbati · baptizatos ⁊ unde colligitur psalmum regeneratae ecclesiae dī · esse locuturum ⁊

ASAPH QUINTA SABBATI ⁊ Prophetae fideles ammonet · ut multimodis uocibus dm̄ magnificent · & nequisquā idola sed solum dm̄ adoret ⁊

Exultate dō adiutori nrō · iubilate dō iacob ⁊

Sumite psalmum & date tympanum · psalterium iocundum cum cythara ⁊

Bucinate in neomenia tuba · in insigni die solemnitatis nostrae ⁊

Quia preceptum israhel est · & iudicium dō iacob ⁊

Testimonium in ioseph posuit ÷ illud: · cū exiret de terra egypti · linguā quam non nouerat audiuit ⁊

Psalmus enim · ad diuina pertinet intimanda ⁊ et date tympanum · id est operationes bonas ⁊ Addidit psalterium iocundum · idest praedicationem scām ⁊ et reddite carnis mortificationem · cum cantico scientiae ⁊

Israhel populus electus · fide uidens dm̄ · isdem & iacob ⁊ propter utrumque · plebem ex circumcisione uenientem et praeputio ⁊ xp̄s enī utrumq· fecit · et legem dedit · et iudicium futurum · suae potestatis innotuit ⁊

Asaph iste · quem sepe diximus significari synagogam · populos commonet fideles · ut non desinant cum summa laetitia dō laudes dicere · qui eos a seuis periculis dignatus est eripere ⁊

Canebant iudaei tuba pascha · pentecosten · et scenofagie ⁊ Nos precipue in inchoatione euangelicae praedicationis · atque initiae fidei · et in dedicatione domus pectoris nostri · cum innouatu fuerit post ruinam ⁊

Ioseph significatur augmentatio · cuius nominis interpretatio testimonium est hebrei populi · qui de terra aegypti multiplicatus exiuit ⁊ sicut ille per maris rubri uiam eiectus est · sic nos a terra egypti · idest auctus carnalib· absoluti · regenerante